 rumpendum uenerit, non hoc uale- /<sup>30</sup> at uindicare, sed compe-  
 nat omnia superius scripta / in duplo, cum omni sua inuelli-  
 ratione; et / in antea ista impignoratione firma perma- /<sup>33</sup>  
 at omnique tempore.

Facta impignoratione X / kalendas october, anno  
 VI regnante Ugone rege.

/ Signum Borrello (signum) qui ista impignoratio  
 /<sup>35</sup> ne feci et firmare rogavi.

S† Ernaudi/rc; s† Terredo; s† Isani; s† / Ernaudi-  
re.

S† Ernigius presbiter, cogno-<sup>39</sup>mento Marchi, qui  
et iudex, qui hec scripsi / et subscripsi die et anno qued  
supra.

- 105 -

992, diciembre, 19.

Sanifred, presbítero, permuta con el obispo Vives y los canónigos de la sede una pieza de tierra en Giresano (en el territorio de Barcelona) a cambio de tres piezas de tierra cuya localización no se especifica.

B. IA, I, fol. 142 v<sup>o</sup>, 2<sup>a</sup> col.- 143 r<sup>o</sup>, 1<sup>a</sup> col. (n<sup>o</sup> 370)

Reg. MAS, Notas, IX, n<sup>o</sup> 370.

[Carta quod Seniofredus presbiter comutavit terram propriam Canonice apud Giresanum].

In Christi nomine. Seniofredus presbiter comutator / sum tibi Vivas, gracia Dei sedis Barcinonensis episcopus, at-<sup>3</sup> que cum universorum canonicorum tuorum; manifestam est enim quia placuit animis meis et placet / ut vobis comutationem fecissem, sicuti et facio.<sup>5</sup> / Dono namque vobis terra mea propria in vestra comutatione, propter petitis tres de terra quod vos mihi dedistis, sicut in mea resonat scriptura quod vos /<sup>9</sup> mihi fecistis. Et est prephata

mea terra in comitate / Barcinonense, in termino de Cir-  
 sano; aduenit mihi / per comparatione uel per omnesque uo-  
 ces. Affrontat: /<sup>12</sup> de parte cirsi, in terra qui fuit de Me-  
 cione; de / equilonis, similiter uel in uinea qui fuit Ste-  
 /phani condam; de meridie, in terra qui fuit de con-<sup>15</sup>dam  
 Elmeradi; de occiduo, in uia publica. Quan/tum istas affroy-  
 tationes includunt, sic de/no atque trado uobis iamdicta  
 terra ab integre, /<sup>18</sup> propter alias terras quod uos mihi de-  
 distis, sicut in mea / resonat scriptura quem mihi fecis-  
 tis, ut quicquid / exinde facere uel iudicare uolueritis,  
 libera<sub>m</sub> /<sup>21</sup> in Dei nomine arbitrio uestro maneat firmissi-  
 ma / potestas, cum exio et regressio suo a proprio. Quod  
 / si ego comutator aut quislibet homo qui /<sup>24</sup> contra anc  
 comuta<sub>o</sub>ione uenerit ad inrum/pendum, non hoc ualeat uindi-  
 care, sed componat /// aut componam uobis iamdicta terra  
 in duplo, /<sup>27</sup> cum omni sua immelioratione; et anc comu/ta-  
 cio firmissima in perpetuum maneat.

Facta / carta comuta<sub>o</sub>ionis XIII kalendas ianua-  
 rii, an- /<sup>30</sup> no VI regnante Ugo rege, qui dux fuit / pridem.

S+ Suniefredus presbiter, qui ista / comutacione  
 feci et firmare rogauit.

S+ /<sup>33</sup> Isarnus presbiter (signum); s+ Sentelles  
 presbiter (signum); Atene leuita (signum). / Signum Iohan-  
 nis leuita, qui hec scripsit et subscripsit die et anno pre-  
 fixe.



- 106 -

993, enero, 20.

Los condes Ramón [Forrell] y Ermessinda venden al obispo Vives su alodio en el territorio de Barcelona en el lugar denominado Celada, cerca del Cucullo y de los Archos Antiguos, por el precio de quince onzas de oro.

B. LA, I, fol. 11 vº, 1ª col.-11 vº, 2ª col. (nº 23).

Reg. MAS, Notes, IX, nº 127.

[Carta quod Ramundus comes et Ermessendis uen-  
diderunt Canonice uineas et terras in Barchinona, apud Ce-  
latam, prope Cucullum et Archos Anticos].

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Ego Rai-  
/mundus, gracia Dei comes et marchio, simul /<sup>3</sup> cum co-  
nuge mea Ermensindis comitis/sa, uinditores sumus tibi  
Uiuano, gratia Dei / episcopo, emptore, per hac scriptura  
uinditionis /<sup>6</sup> nostre, uindimus tibi alaudem nostram pro-  
priam, quod / habemus in territorio uel accessu Barchinonen-  
se, / in locum uocitatum ipse Celata, prope ipso Cu-<sup>9</sup>culle

uel prope ipsos Archos antiquos. Et sunt / terras et uineas  
 qui nobis aduenit; ad me Ra/imundo, per genitori meo uel  
 per quacumque ue-<sup>12</sup> / ce, et ad me Ermesindis, per uerum deci-  
 mum / et per quacumque uoce. Qui affrontat ipsa terra / qui  
 non longe est a suprafatos Archos: de parte /<sup>15</sup> / circi, in  
 uia francisca; de aquilonis, in alia / uia qui pergit ad  
 Ciresano; de meridie, in ara/galio que dicunt Meritanciano  
 siue in fexa /<sup>18</sup> / de Sancta Cruce et Sancta Malalia siue in  
 terra de / Guillemundo seu de Bescundo siue de Qui/xilo  
 femina de Bergidano; de occiduo, in uia /<sup>21</sup> / qui pergit ad  
 sancto Geruasio. Et ipsa uinea / affrontat: de parte circi,  
 in terra de Decato / siue de Gelairo; de aquilonis, in ip-  
 so ter-<sup>24</sup> / rante siue in terra iudaica; de meridie, in ipsa  
 / strata publica que pergit ubique; de occiduo, in terra  
 de Gelairo. Quantum istas tandem /<sup>27</sup> / affrontationes inclu-  
 dunt, sic uindictus tibi / ipsa terra et uinea suprascripta  
 ab integre, in pre/cio uncias XV de auro cocto et mundo uel  
 /<sup>30</sup> / in res ualentem; et nichil de ipso precio apud / te emp-  
 tore non remansit; est manifestum. / Quem uere predicta te-  
 rra et uinea que tibi uindi-<sup>33</sup> / mus, de nostro iure in tuo  
 tradimus dominio et / potestate, ad omnia agere et iudicare  
 quod ue//lacris, simul cum exus et regressus earum, ad  
 /<sup>36</sup> / tuum plenissimum proprium; et si nos uindito/res aut  
 alicuius aliens conditionis huma/ne qui contra hac uindi-  
 ctione uenerit /<sup>39</sup> / ad inrupeudum, non hoc ualeat uendica/  
 re, sed componat aut componamus tibi iam/dicta terra et ui-  
 nea in duplo, cum omnis /<sup>42</sup> / sua immelioratione; et in antes,

ista uin/ditio firma permaneat omni tempore.

Facta / uinditione XIII kalendas februarii, an-  
no VI reg-/<sup>45</sup> nante Ugone rege, qui dux fuerat pridem.

/ S+ Raimundus, gratia Dei comes et marchio,  
/ + Erminsindis comitissa, qui is-/<sup>48</sup> ta uinditione fecimus  
firmarique rogauimus.

/ Bonofil<sup>ius</sup> leuita (signum); S+ Marcu/cius;  
signum Segarius †.

- 107 -

993, febrero, 25.

El conde Borrell vende al obispo Vives, por siete "pensas"  
de oro una villa en el término de Ardena (en el territo-  
rio de Barcelona) y los derechos sobre otra villa que tie-  
ne Oliba por "precaria".

A. Diversorum B, nº 148.- B. IA, I, fol. 79 vº, 2º.  
 col.- 80 rº, 1ª col. (nº 182).

Reg. MAS, Notes, IA, nº 128.

[Carta de uinea de Ardena quem Borrellus comes  
 uendidit huic ecclesie per VII / pensas auri].

In Dei nomine. Ego Borrellus, gratia Dei comes  
 et marchio, uinditor sum tibi Uinas, gratia Dei aepisco-  
 pus, emptore; per hac scrip/tura uinditionis mee, uindo ti-  
 bi uinea mea propria; quod habeo in comitatu Barchinonense,  
 in terminis que dicunt / <sup>3</sup> Ardena. Qui mihi aduenit per u-  
 ce Necessuindi condam, quod composuit mihi per suo excessu  
 uel per quacumque uoce. Que affron/tati de circi, in terra

de Liuulo femina; de aquilonis, in terra de Gillara uel in uinea Sancti Cucufate; de meridie, in uia; / de occiduo, in uinea de Sesenando siue in uinea de Sancti Cucufati uel in torrente. Quantum in istas quattuor affron-<sup>6</sup>tationes includunt, sic uinde tibi ipsa uinea, simul cum omnesque habeo uoces in ipsa uinea quod tenet Oliba per precaria; in prop/ter precio pensas VII de auro; et nihil de ipso pretio apud te emptore non remansit; est manifestum. Quem uero predicta / uinea que tibi uindo, de meo iure in tuo trade dominio et potestate ab omni integritate, cum exio et regressio sue a pro-<sup>9</sup>prio. Quod si ego uinditor aut ullus homo qui contra hac uinditione pro inrumpendam uenerit, non hoc ualeat uindi/care, sed componat ipsa uinea in duplo, cum omni sua inselicatione; et in antea, ista uinditio firma permanent / omni tempore.

Facta uinditione, V kalendas marci, anno VI regnante Ugone rege.

+ Berrellus gratia Dei comes, qui ista /<sup>12</sup> uinditione feci et firmare rogavi.

S+ Radulfo; Uuilielmus subdiaconus (signum);  
+ S Cherutio; Leopardus (signum); s+ Seniofredus; /<sup>15</sup> Er-  
nomirus, presbiter (signum) Elias presbiter (signum).

S+ Bruigius presbiter, cognomento Marcho, qui et iudex, qui haec scripsi et subscripsi, die et anno quod supra.

- 108 -

993, abril, 25.

El conde Borrell vende al obispo Vives y a la sede todos sus bienes en el valle de Lloberes (en el término de Vilanova de la Roca), por el precio de treinta onzas de oro.

B. BA, III, fol. 19 r<sup>o</sup>, 1<sup>o</sup> col.- 19 v<sup>o</sup>, 2<sup>o</sup> col. (n<sup>o</sup> 42)

Reg. MAS, Heter. IX, n<sup>o</sup> 42.

[Borrellus comes uendidit sedi totas Loberes et Valle / Luparia, et Morlatium, in parrochia de Villa No/ua, in Mallensi].

In nomine Domini. Ego Borrellus, gracia / Dei co-  
mes et marchio, uinditer sum tibi Hiuas-<sup>3</sup> ne episcopo sine  
sedis tue domum Sancte Crucis et Sancte / Eulalie uirginis  
barcinonensis, emptere; per hanc / scripturam uinditionis  
mee, uindoque tibi terras et ui-<sup>5</sup> nens et ortos cum arbo-  
res, fontes uel rios, regos et / caput regos, ualles et mon-  
tes, pugios et rochas, / siluis et pratis, prono atque pla-



no, cultum uel here/nam. Et est hec omnia in comitate Bar-  
 chinonense, /<sup>9</sup> in Uallense, in terminis que dicunt Luparias  
 siue / Valle Luparia uel in Merdatio; cum omnibus domibus  
 / atque curtibus eorum, cum secolis et superpositis, aduenit  
 /<sup>12</sup> namque mihi hec omnia per genitores meos siue per / fra-  
 tri meo Mironi condam siue per quascumque uoce. Ha/bet nam-  
 que hec omnia affrontationes: de parte circi /<sup>15</sup> inchoat in  
 Petra Fita et pergit per uiam qui dicit Granularios et us-  
 que ad aliam uiam que uenit ad ui/lam Ariulfi et sic descen-  
 dit usque ad domum Sancti An-/<sup>18</sup> dree; ab aquilonis queque  
 parte, incipit a sancti An/dree et peruenit ad domos Sunis-  
 rii et peruenit us/que ad uillam que dicitur Rexago et us-  
 que ad alio ui-/<sup>21</sup> co nominate Palatio et pertingit usque  
 in serra de Ca/bannas; meridiana quippe parte, incipit et  
 ser/ra de Cabannas et peruenit ad casas de Stephanus /<sup>24</sup> que  
 nominarunt Ungule et ducit usque in colle de / ipsas Sale-  
 marias et pertingit usque ad serram de / ipsa Nespula; occi-  
 dentaria uidelicet parte, incho-/<sup>27</sup> at de iamdicta Nespula  
 et uadit per ipsa serra us/que ad domum Sancte Marie quod  
 inquit facere Cascha fe/mina uxoris Guitardi condam et per-  
 uenit usque ad /<sup>30</sup> Villar Abdilla et sic se iungit in Petra  
 Fita. Quan/tum infra istas IIIor affrontationes includunt,  
 / omnia hoc uindo ad predictam domum Sancte Crucis /<sup>33</sup> et  
 sancte Katalie uirginis uel tibi, Uiuane episcopo, quan/tum-  
 cumque ego ibi habeo uel habui, uel tenui uel / hodie teneo  
 aut aliquis homo ibi tenet per me-/<sup>35</sup> am donitum uel per mea  
 uoce in iamdictas Lupari/as uel in eius terraines, siue in

Valle Luparia uel / in eius terminis, cum secolis et superpo-  
 sitis et cum omnibus // <sup>39</sup> edificiis eorum, sicut superius  
 scriptum est, ab omni integrita/te, cum exiis et regressio-  
 narum, in pretium uncias / triginta de auro cocto, isaharis  
 a penso legitimo, quod / <sup>42</sup> tu mihi dedisti et ego manibus  
 meis recepi; est ma/nifestum. Quam uero predictas Luparias  
 uel Valle Lupa/ria et omnia que in ianctos eius termines  
 conclu- / <sup>45</sup> ditur que tibi uindo, de hoc iure in tuo trade di-  
 sicio, / uel subiectione sancte Crucis et sancte Eulalie po-  
 testarique / tua ab omni integritatem, ut quicquid exinde  
 facere / <sup>48</sup> uel iudicare salueris, libera in Dei nomine ar-  
 bitrii / tui maneat firmissima potestas. Quod si ego / uin-  
 ditor aut quislibet homo qui contra hanc / <sup>51</sup> cartam uindi-  
 tionis uenerit ad inrupeudam aut / ego uenero, non hoc ua-  
 leat uindicare, sed in pri/mis iram Dei omnipotentis incu-  
 rat et signum sancte Cru- / <sup>54</sup> cis eradicetur de fronte eius  
 et ultio diuina uerietur / et nichilominus cum eis socian-  
 das sit qui dixerunt: / domino sec, recede a ne bis; et  
 post omnia, quantum ad eo tempus / <sup>57</sup> immemorata fuerit su-  
 perius hec omnia scripta, in du/plo reddere non moretur et  
 hec membrana omni tem/pore sua obtineat roborem.

Facta carta donationis / <sup>60</sup> atque uinditionis, VII  
 kalendas madii, anno VI reg/nante Ugone rege, qui dux fuit  
 pridem.

+ / Borrellus, gracia Dei comes et marchio, qui  
 hanc uindi- / <sup>63</sup> tione feci et manu propria signum impressi et

testibus / ad roborandum tradidi.

S† Bonifilius prolie Sen/deredi, cuius nomen super  
est Enego; S† Senio-<sup>65</sup>fredus filium Mascharone; S† Gonde-  
nus, / gracia Dei, ac si indignus, episcopus; Signum Adal-  
bertus leui/ta.

S† Iohannis leuita qui hec scripsi et /<sup>69</sup> sub  
scripsi die et anno quo supra.

- 109 -

993, mayo, 31.

Los albares de Comparat, llamado Bonuo, en cumplimiento del testamento de éste, hacen donación a la iglesia de San Miguel de Barcelona del alodio que dicho Comparat tenía en Terrassa, en el término de Banieres, con la condición de que lo tengan su hermana Ermesinda y el esposo de ésta, Constantino a cambio de pagar como "tassa" una "solidada" de cera.

A. Diversorum A, nº 2410.- B. LA, III, fol. 143 rº, 1ª col.- 143 vº, 2ª col. (nº 372).

Reg. MAS, Notes, II, nº 130.

[Agalbertus dedit sedi domos, terras, vineas et ortos apud Banieres, in Terracia].

In nomine Domini. Nos Agalbertus et Sicards femina, qui sumus elemosinarii de condan Comparadi, que aliam nomen uocabant Bonuacio; manifestum est enim quia precepit nobis ut scriptu/ra donacione fecisemus a doman sancti Mi-

chaelis, qui est situs infra muros Barcinona, de ipso alau-  
 de quod ille abebat in termino de Terrasa, in loco que vo-  
 cat Banieires, /<sup>3</sup> id est: casas cum curte et orto et uerde-  
 garios, cum uinea, arboribus, pomiferis et terra uel fonte,  
 sicuti et fecimus; in tale pactum uel placitum: quod teneat  
 et posside / at sorore sua Ermensinda femina cum uiro suo  
 Costantino et posteritas eorum, sine blandimento de ullum-  
 que hominem; et per singulos annos donent ipsa tasca a pre-  
 dicta eccl[esi]a] / sancti Michaelis et solidada I de cora.  
 Et afrontad predicta omnia: de oriente, in strada publica;  
 de meridie, in uinea et terra de Senior; de occiduo, in ip-  
 so torrente; de] /<sup>6</sup> circi, in uerdegarie uel in terra de  
 Iohanne. Et nosper predicta uoce, sic donamus predicta om-  
 nia, totum ab integro, cum exio et regresio suo, a predicta  
 ecclesia Sancti [Michaelis] / uel a predicta Ermensinda fe-  
 mina, cum uiro suo Costantino uel a posteritas eorum, sicut  
 in ipso iudicio resonad, quod nos exinde obligauimus uel a  
 serie condicione probatus abemus; quod si nos donatores  
 aut ullus homo uel femina qui contra ista scriptura donacio-  
 ne uenerit pro inruspendus, non hoc ualead uindicare quod-  
 cumque sa>rte, set ira Dei sit super eum et extraneusfiad  
 a liminibus sancte Dei ecclesia et cum Iuda traditore par-  
 ticipacionem abead; et ista donacio firma permanead /<sup>9</sup> om-  
 nique tempore.

Facta ista scriptura donacionis II kalendas iunii  
 anno VI regnante Vgone rege.

Sig† Agalbertus elemosinarius, / et Sicards femina, qui ista scriptura donacione fecimus et firmare rogauimus.

/ Signum [.]e[.]tus leuita; signum Amado; signum in Dei nomine, Richarius, presbiter et iudex (signum).

<sup>12</sup>  
/ Signum Wiscalfredus presbiter, qui ista scriptura donacione scripsit et subscripsit sub die et anno quod supra.



- 110 -

993, septiembre, 24.

El conde Borrell otorga su testamento, del que nombra albaceas a sus hijos y a otras personas laicas y eclesiásticas de los condados de Barcelona, Gerona y Urgel. Entre otras muchas donaciones, en especial a instituciones eclesiásticas, lega los alodios e iglesias de Cervelló, la mitad a [Santa Cruz y] Santa Eulalia de Barcelona y la otra mitad al monasterio de Sant Cugat.

B. Cartulario de la Catedral de Urgel (perdido).

Ed. a. HUCA, Ap. nº CXXI, col. 945-947 (de B).

Cum fragilitas humani generis pertimescit ultimam uitae temporis subitanea transpositione uenturum, oportet ut inueniat quumque paratum ne sine aliquid boni operis respectum migrare de seculo, ubi suo iure ac potestate consistit, praeparet sibi uiam salutis perquam ad aeternae uitae ualeat beatitudinem peruenire. Ob hoc igitur ego Borrellus comes ac si indignus et nimium peccator, pa-

uens ne repentina mihi mors proueniat, propterea eligo uos  
meos manumissores, id sunt filii mei et fideles mei; de co-  
mitatu Gerundense elegi filio meo Raimundo comite, et Gon-  
mare praesul, et Lobatens archileuita, et Amalrico abba, et  
Seniofreso uicecomite, et Gozfredo, et Lobeto, et Amato; in  
comitatu Barchinonense elegi filio meo Ra<sup>m</sup>undo comite, et  
Uiuano episcopo, et Udalardo uicecomite cum fratre suo Gir-  
berto, et Bonifilio cum fratre suo Bonuacio; et in comitatu  
Orgellense elegi filio meo Ermengando comite, et Raimundo  
comite nepoti meo cum fratres suos Berrello comite et Sanig-  
rio comite, et Saliane praesule, et Guallelmo uicecomite,  
et Uuigballeo cum filio suo Miro, et Maior archipresbyter  
et fratre suo Raimundo, et Radulfo, et Sancto Miro de Abi-  
lia. Qualiscumque ex nobis me superuixerit, ordine uel orto  
ut donare faciatis omnem rem meam quatinus hic resonat prop-  
ter remedium animae meae.

In primis ad domum Sanctae Mariae Crassae remaneat  
ipse alodes de Lagostera, in ea uidelicet ratione, dum uixe-  
rit uxor mea nomine Aimeruda teneat et possideat; et tenat  
Sancta Maria cum ipsos mansos tres alios duos; et post obi-  
tum suum remaneat ad domum Sanctae Mariae Crassae libere et  
securus sine ulla inquietudine, propter remedium animae meae  
et suae et de genitorum meum uel de genitrice meae. Et ad do-  
mum Sanctae Mariae sedis Gerundae remaneat de ipsos alodes  
de Rodone uel decimas uel primitias ipsa medietate; et alia  
medietas cum decimas et primitias remaneat ad Sancti Felici;

corpus sancti. Et a coenobio Sancte Marie Ripollensis re-  
 maneat ipse alodes de Torsa cum ipsas ecclesias et decimas  
 et primitias; et dum uixerit uxor mea teneat et possideat;  
 et post obitum suum remaneat ad Sancta Maria sine inquietu-  
 dine. Et a coenobio Sancti Petri Galllicantus remaneat ipse  
 alodes de Calles cum ipsas ecclesias et decimas et primi-  
 tiis earum. Et a coenobio Sancta Mariæ Agerensis et Sancti  
 Vincentii remaneat ipse alodes de Securario, et de ipso  
 Lauro, et de ipsos Puiolos, et ipsos uineas de Sentegosa.  
 Et ad domum Sancti Felicis corpus sancti remaneat ipse ala-  
 des de Palaz; in ea uidelicet ratione, dum uixerit uxor mea  
 teneat et possideat et teneat Sanctus Felix mansos tres; et  
 post obitum suum remaneat ad Sancto Felice sine inquietudi-  
 ne. Et a coenobio Sancti Petri Galllicantus remaneat ipse  
 alodes de Monte nigro qui fuit de Amilio. Et a Sancto Mi-  
 chael qui est infra domum Sanctae Mariæ sedis Gerundae, re-  
 maneat ipse alodes de illas Guardias; in ea uidelicet ratio-  
 ne, ut semper ita eum teneat unus ex clericis Sanctae Mariæ  
 qui quotidie eum decantet propter remedium anime meae. Et  
 ad domum Sanctae Mariæ puellarum remaneat ipse alaude de  
 Canelias quod tenet Gondefredus et ipsos masos de Riue Si-  
 ce quod tenebat Adalgarda cum quantum ibidem habeo. Et a  
 coenobio Sancti Felicis in Gissalis, remaneat ipsum meum  
 alaudem de Olin. Et a coenobio Sancti Pauli in Maritima re-  
 maneat ipse meus alaudes quod habeo in Maritima, qui est de  
 ipso termine de Vilar de Ranie usque ad ipse termine de Pi-

neda. Alii uero alaudes subtus sunt scripti. Et a coenobio Sancti Petri Callicantus remaneat ipse alaudes de Palas Fru-gello, qui fuit de Emegone uicecomite; et per donitum Sancti Petri uel de ipso abbate teneat uxor mea dum uixerit; et post obitum suum remaneat a Sancti Petri. Et ipse alaudes de Monte Rotundo remaneat ad Sancta Maria sedis Cerundae et teneat uxor mea dum uiuit; post obitum suum remaneat ad Sancta Maria. Et ipse alaudes de Orta remaneat ad Sancta Maria et Sancto Vincentio quae uocatur Amire et teneat uxor mea dum uixerit; post obitum suum remaneat ad Sancta Maria et Sancto Vincentio. Et ad domum Sancti Petri sedis Ausona remaneat ipse alaudes de Cadurano et ipse alaudes de Neudano, quod est de Minedel, et ipse alaudes de uilar Daniel, quod est de Guinedelle, et ipse alaudes de Congoat remaneat ad Sancta Maria, in ea uidelicet ratione, dum uixerit filius meus Raimundus comes teneat et possideat, et post obitum suum remaneat ad Sancta Maria Tagamento. Et ipse alaudes de uilla Ceril remaneat ad Sancta Maria de Tagamento. Et a coenobio Sancti Iohannis puellarum remaneat ipse alaudes de Zacharicus cum ipsa ecclesia et decimis et primitiis earum et ipsam meum alaudem de Modeliano cum finibus suis cum ipsa ecclesia et decimis et primitiis, unde scripturam feci ad uxorem mea Aimeruda, teneat et possideat in uita sua; et post obitum suum remaneat ad filio meo Raimundo comite.

Et in comitatu Barchinonense remaneat ipse alaudes de Ceruiliens cum ecclesiis et decimis et primitiis earum,



ipsa medietate ad sede Sancta Eulalia et alia medietate a  
coenobio Sancti Cucuphatis, sicut frater meus destinavit pro  
anima sua et pro anima mea ita fiat.

Et in comitatu Orgellitense, ad domum Sanctae Ma-  
riae sedis Vice remaneat Tuxen cum villulis et ecclesiis et  
decimis et primitiis et cum ipsas terras et cum omnibus ter-  
minis earum et finibus et cum omnia quod ibidem habeo vel  
habere debeo per qualicumque voce. Et ad domum Sancti Pe-  
tri in sede Vice remaneat ipsas decimas de illa Rete seu  
de suis adiacentias. Et a coenobio Sancta Caeciliae rema-  
neat ipse alaudes de Puicelo et ipse alaudes quod habeo in  
Nargone ab integram. Et a coenobio Sancti Andree in Senti-  
lias remaneat ipse alaudes de Sallente, qui fuit de Ermemi-  
ro. Et ad domum Sancti Felicis in ciuitate remaneat ipsa Fe-  
rolla cum suis terminis. Et ad domum Sanctae Mariae in Rio-  
pullense remaneat ipse alaudes de Codonieto cum suis terminis  
et cum sua ecclesia et decimis et primitiis ab integram. Et  
a coenobio Sancti Saturnini remaneat ipse alaudes de Lorde-  
no, terras et vineas quantum ibidem habeo. Et a sancto Fe-  
lice in ciuitate remaneat ipse casus de Berbeto, qui fuit  
de Bonhomine sacerdote. Et ipsos alios alaudes qui sunt in  
comitatu Gerundense remaneant ad uxore mea Aimeruda; et ip-  
so castro de Erpruiano cum omnibus finibus suis et cum  
ecclesiis et decimis et primitiis unde scribituram feci ad  
uxore mea Aimeruda, teneat et possideat dum uixerit, post  
obitum suum remaneat ad filio meo Raimundo comite. Et ipse

alaudes de Caducei unde scribituram feci ad uxore mea Aime-  
 ruda cum omnibus finibus, teneat et possideat dum uiuit;  
 post obitum suum remaneat ad filio meo Lirzengaude comite. Et  
 si filii mei tibi abstulere uoluerint supra scriptos alaudes  
 ego praecepit tibi et licentiam habeas cartas facere de su-  
 pra dietos alaudes ad coenocium Sancti Petri et Sancti Ger-  
 li pro anima mea et tua. Et ipse alode de Tolone qui fuit de  
 unero, remaneat ad Aldria filie tua propter remediam anima  
 meae. Et ad coenobio Sancti Petri in Todus, uaccas centum et  
 ipsa opera. Et ad coenobio Sanctae Mariae de Aimeiro, equas  
 quatuor et uaccas quatuor. Et a Sancto Petro Callicantus si-  
 militer. Et a Sancto Felice in Gissalis similiter. Et a San-  
 to Paulo in Maritima, similiter, Et ad Sancto Petro Puella-  
 rum in Marchinona, equas septem et uaccas septem. Et ad San-  
 to Cucuphate, equas quatuor et uaccas quatuor. Et ad Sancta  
 Caccilia in Monte Serrato, similiter. Et a Sancto Benedicto  
 subtus Maurculas, similiter. Et a Sancto Laurentio in ualla  
 Lerdense, equas duas et uaccas duas. Et a Sancto Petro in  
 Scalas, equas duas et uaccas duas. Et ad sancto Andrea in  
 Planicias, equas duas et uaccas duas. Et ad Sancto Clementi  
 in Outineto, similiter. Et ad Sancto Andrea in Bentilias, si-  
 militer. Et a Bonohomine sacristano de Sancta Maria, equa una  
 et uacca una. Et de omnem meum oblatum quod habeo in ipsos  
 quatuor comitatos, ipsa tertia parte donare faciatis per me  
 me mea in monasteriis, in sacerdotibus, in pauperibus, et  
 ipsa alia pars ad filios meos, et ipsa alia pars ad uxori



mea. Et quando ad Dominum nostro Ihesu Christo placuerit ut anima mea egressa fuerit de corpore, in ipsa domo ubi corpus meum tumulatum fuerit, ibi ueniat ipsa mea tertia pars de ipso oblato de ipso comitatu.

Facto isto testamento VIII kalendas octobris, anno VII regnante Ugo duce uel rege.

S. Berrellus gratia Dei comes, qui hunc testamentum iussi scribere et testes firmare rogavi.

W. Sunifredus; A. Oliba; A. Langobardus; Sa, la gratia Dei praesul; Amalricus gratia Dei abba; Maior archisacerdos; Bonasomo, indignus sacerdos; Uigas presbyter.

Bonashomo indignus sacerdos, qui hunc testamentum rogatus scribi et subscripsi, die et anno quod supra.

- 111 -

993, noviembre, 15.

Los albaceas de Guifard, en cumplimiento del testamento de éste, legan a [Santa Cruz y] Santa Eulalia de Barcelona una "pareliata" de tierra en Cornellà.

E. LA, IV, fol. 39 v<sup>o</sup>, 2<sup>a</sup> col.- 40 r<sup>o</sup>, 1<sup>a</sup> col.(n<sup>o</sup>115)

Reg. MAS, Notes, IX, n<sup>o</sup> 132.

[Guifardus dimisit sedi I pareliatam terre in Cornelano].

In nomine Domini. Ego Erimanno et Aienrige et / Audegario sacerdote, donatores sumus ad de-///<sup>3</sup> mum Sancte Eulalie Barochinonensis; ma<sub>n</sub>ifestum est / enim quia precepit nobis eodem Guifardi in / suo testamento, unde iudicium obligatus te-<sup>6</sup> nemus asserie conditionis infra metas temporum, / ut cartam donationis fecissemus, sicuti et fa- / cimus, ad predicto domo. Donamus namque /<sup>9</sup> ibi pareliata I de terra qui est in Cornelia/no, quod emit de Guantille femina, qui est / in comitatu Barochinonense. Qui affrentat

<sup>12</sup> / de circi, in terra qui fuit de condam Aurioli; de a/qu  
 lonis, in terra de Bonafilia femina; de / meridie, similiter  
 uel in terra de Enguntia uel in terra /<sup>15</sup> de Sancta Maria  
 Corneliano; de occiduo, / in terra de iamdicto condam Auri  
 li. Quantum / in istas affrontationes includunt, sic do-  
<sup>18</sup> / namus ipsa terra ad predicto domo ab integrum; / et est  
 manifestum. Quem uero predicta ipsa terra / que ad dicto d  
 me donamus, de nostro iure in /<sup>21</sup> eius tradimus dominie et  
 potestate, cum exie uel / regressio sue, a proprie. Quod si  
 nos do/natores aut ullusque homo qui ad ista dona-<sup>24</sup> / cione  
 uenerit ad intrupendum, non ualeat / uindicare sed compona  
 aut componamus / ipsa terra ad predicto domo in duplo, cum  
 omnem /<sup>27</sup> suam immelioracionem; et in antea, ista donatio  
 / firma permaneat omnique tempore.

Pacta ista / donatione XVII kalendas decembris,  
 anno VII re-<sup>30</sup> / gnante Ugone rege.

S+ Eriwanno/, s+ Aienrico, s+ Audogarius sacer,  
 / qui ista donatione fecimus et firmare rogauimus.

Signum Ramio; s+ Blancheto; s+ Guitardo.

<sup>33</sup> / Signum Gundamirus presbiter, qui ista do/na-  
 cione scripsi s+, die et anno quod supra.

- 112 -

994, marzo, 6.

Mir permuta con el obispo Vives una "mediata" de tierra en Canalias, cerca de la iglesia de Santa María de Barbà, por otra tierra de dicha iglesia situada en Olmedo.

B. LA, III, fol. 65 v<sup>o</sup>, 2<sup>o</sup> col.- 66 r<sup>o</sup>, 1<sup>o</sup> col. (n<sup>o</sup> 179).

Reg. MAS, Notes, IX, n<sup>o</sup> 134.

[Mir comutavit / sedi mediata<sup>m</sup> I terre apud Canalias prope domum Sancte Marie].

In nomine Domini. Ego Mirones comutator sua tibi / domno Vivane episcopo; manifestum est enim quia /<sup>3</sup> placuit a<sup>m</sup>imis meis et placet, ut vobis cum comu/tari fecissem mediata una de terra, mea pro/pria, propter alia terre de uestra ecclesiola que dicitur /<sup>6</sup> Sancta Maria Antiqua, sicut et facio. que est / ipsa terra que vobis comute, in comitatu Barchinense, in Uallense, in territorio Cana-

lias, prope /<sup>9</sup> domum predicta Sancta Maria; qui mihi adu-  
 nit / de genitori meo uel per quoscunque uoce. Affron/tat: de  
 orient, in rio; de meridie, in terra de /<sup>12</sup> me comutator uel  
 heres meos; de occiduo, / in uia que pergit a domum Sancta  
 Maria; de cir/ci, in uinea de Teudesera uel heres suos.  
 Quan- /<sup>15</sup> tum infra istas affrontationes includunt, / sic co-  
 muto uobis uestreque pronominate ecclesie iamdicta / terra  
 ab integre, cum exi et dictioni uestre comu- /<sup>18</sup> to. Et acce-  
 pi ego in comutatione mea, uestra / ex parte, alia terra  
 que est in Olmedo, satis / mihi placibile: est manifestum.  
 Quem uero pre- /<sup>21</sup> dicta terra que ego uobis comuto, de meo  
 iure / in uestro trade dominio et potestate, simul cum exiis  
 / uel regressiis earum, ab omni integritate, ut quic- /<sup>24</sup> quid  
 exinde agere uel facere uolueritis, plenis/simam habeatis  
 potestatem, quemadmodum et de / aliis munificentis preli-  
 bata ecclesia pertinentibus. /<sup>27</sup> Et si ego comutator aut  
 ullusque homo qui / contra hac scriptura uenerit pro inrum-  
 pendum, non / hoc ualeat iudicare, sed componat aut com-  
 /<sup>30</sup> ponam uobis predicta terra in duplo, cum omnem /// suam  
 immelioratione; et in antea, ista commu/tatio, firma perma-  
 neat omni que tempore.

Facta /<sup>33</sup> comutatione II nonas marcii, anno VII  
 /regnante Ugone rege, qui dux fuerat pridem.

/<sup>36</sup> Mirene (signum) qui ista comutatione feci et  
 firmare rogavi.

S†m Belido; S†m / Sanla; S† Poncius subdiachonus;  
Donu/tio leuita (signum) Bonushomo leuita (signum).

/ Signum Borrello sacer scripsi et subscripsi,  
die / et anno quod supra.



- 113 -

994, abril, 3.

Marcus permuta con el obispo Vives unos "casales" dentro de Barcelona, en el lugar llamado Aladins, por otros "casales" de la sede, cercanos a la iglesia de San Juste y Pastor.

B. LA. I; fol. 142 r<sup>o</sup>, 1<sup>o</sup> col.- 142 r<sup>o</sup>, 2<sup>o</sup> col. (n<sup>o</sup> 367)

Reg. MAS, Notes, IX, n<sup>o</sup> 135.

[Carta quod Marcucius comutavit Canonice casales infra muros Barcinone, / apud Alexinos].

In nomine Domini. Ego Marcutio comutator sum / tibi domno Uivano episcopo; manifestum est enim /<sup>3</sup> quia comute vobis casales meos proprios, qui mihi ad/vennerunt per meos parentes ac consanguine/os seu et per quicumque voce. Qui sunt ipsos casa-/<sup>6</sup>les, infra muros de Barcinona civitate, in locum / opinatum Aleizinos; que affrontat: de parte / aquilonis, in casalibus qui fuerunt de Sisca-/<sup>9</sup>di condam; de meridie, in casa et curte de Ioca/fredo presbitere;

de occiduo, in casales de Mauro; de circi, in casales de Re  
giato. Quantum istas /<sup>12</sup> affrontationes includunt, sic comu-  
te uobis / ipsos casales cum eorum guttis atque stilliciniis  
/ et cum uniuersa eorum pertinencia, totum ab integro. /<sup>15</sup> I  
accepi ego in mea comutatione, uestra / ex parte, assencier  
te tamen cuncto uestre sedis / clero, in mea comutatione,  
a /<sup>18</sup> iis casales uestra / ex sede. Que sunt infra mania ur-  
bis predic/ta, prope basilica Sanctorum Iusti et Pastoris,  
mihi / placabiles, est manifestum. Quam uero predictos  
//<sup>21</sup> casales que ego uobis comuto, simul cum eorum / guttis  
atque stilliciniis ac uniuersa eorum / pertinencia, de meo  
iure in uestro trade domini- /<sup>24</sup> o et potestate, simul cum  
exiis et regressiis / earum, ad uestrum plenissimum propriu  
Ut quicquid / exinde agere uel facere uolueritis, potissi-  
/<sup>27</sup> nam in omnibus licenciam habeatis et perfrua/tis, quemad-  
modum et de aliis munificenciis / sedis uestre pertinentibz  
Et si ego comutator /<sup>30</sup> aut et alio cuius homo humaneque et  
ditione / uiuentis, qui contra hac comutatione ue/nerit ad  
inrumpendum, non hoc ualeat uen- /<sup>33</sup> dicare, sed componat aut  
componam uobis uestreque / sedis Barchinonis predictos cas-  
les in quadru/plum, prout sancti patres sanxerunt; et in ar-  
tea /<sup>36</sup> iata comptacio suam in postmodum habeat in / omnibz  
firmitatem.

Facta comutatione III / nonas aprilis, anno VII  
regnante Ugone /<sup>39</sup> rege, qui dux fuerat pridem.

S+ Mar/cucius (signum) qui ista conutacione feci  
et / firmare rogavi.

S+m Andrias; s+m /<sup>42</sup> Nañio; s+m Gobertus; s+m Eru  
cus; signum Petrus (signum); s+ Lobetus / (signum).

Signum Bonushomo leuita scripsi et subscripsi  
/ <sup>45</sup> die et anno prefixo.

- 114 -

994, abril, 6.

Bonhom hijo de Guisand permuta con el obispo Vives dos piezas de tierra en Mogoria por dos piezas de tierra de la iglesia de San Miguel.

A. Diversorum B, nº 1295.- B. LA, II, fol. 24 rº, 2ª col. - 24 vº, 1ª col. (nº 68).

Reg. MAS, Notas, IX, nº 136.

[Bonushomo comutavit Canonice II petias terre apud / Mogorian].

In nomine Domini. Ego Bonushomo, filium condam Guisandi, comutator sum tibi domno Uivane, gratia Dei episcopus sedis Barchinonensis; / manifestum est enim quia placuit animis nostris et placet ut inter nos comutationem fecissemus, sicuti et facimus. Donec namque vobis in uestra /<sup>3</sup> comutatione terra in duos locos, propter alias duas petias de terra quod vos mihi dedistis de domum Sancti Michaelis archangeli, sicut reserat in mea / scriptura quod vos

mihi fecistis. Sunt namque predictas terras quod uobis com-  
 muto, in comitatu Barchinonense, in termino de Nigoria;  
 aduenerunt / quoque mihi per uoce parentum meorum uel per  
 mea comparatione et per omnes uoces. Afrontat quoque una  
 terra ex his: de parte circi, in terra de Petras / <sup>6</sup> presbi-  
 ter; de aquilonis, in uinea de me Bonushome comutator; de  
 meridie, in uia; de occiduo, in terra de Goltedro. Alia au-  
 tem terra, afrontat: / de parte circi, in terra de Marchus  
 sacer; de aquilonis, in terra de Fra<sub>2</sub>cho; de meridie, in  
 terra de Maier presbiter; de occiduo, in terra de Aran<sub>2</sub>nis-  
 clo. / Quantum infra istas octo afrontationes includant,  
 sic comuto uobis iamdicta terra in duos locos, ad te domno  
 Uiuane episcopo uel canonicos / <sup>9</sup> tuos atque successoribus  
 uestris, habendi, tenendi, uindendi, donandi, seu aliud quo  
 cumque uolueritis exinde facere, in Dei nomine licentiam  
 / habeatis, cum exies uel regressio earum a proprio. Quod  
 si ego Bonushome comutator aut quilibet homo qui contra  
 hanc comutatione / uenerit ad intruendum, non hoc ualeat  
 uindicare, sed componat aut componam uobis atque sedis nes-  
 tre Sancte Crucis, iamdictas terras in / duplo, cum omni eg-  
 rum immelioratione; et in antea, ista comutatio maneat / fir-  
 ma et stabilis omnibus per seuis.

Facta / comutatione VIII kalendas apriles, anno  
 VII regnante Ugone rege, qui dux erat pridem.

/ Signum † Bonushomo filium Guisandi condam, qui  
 hac comutatione feci et testibus firmare rogavi.

<sup>15</sup>  
 / † Teudiclus; † Guisandus filium condam  
 Landulfi; Signum Atone presbiter (signum); Signum Uidale  
 presbitero; / † Arcucius (signum); Signum Orucio (signum)  
 † Atalpus (signum).

/ † Iohannes leuita, qui hac scripsit et sub-  
scripsit, die et anno quod supra.



- 115 -

994, abril, 6.

Riquilda vende al obispo Vives, por III marcosen de oro, la quarta parte de un molino "rocherolo" en el término de Rubí.

B. LA, IV, fol. 71 v<sup>o</sup>, 2<sup>a</sup> col. (n<sup>o</sup> 199).

Reg. MAS, Notes, IX, n<sup>o</sup> 137.

[Richel femina uendidit Canonice quartam partem molini roquerol].

In nomine Domini. Ego Richilde femine uinditrix sum / tibi Uiani episcopo emptore; per hanc scriptura uin-  
/ <sup>3</sup>ditionis mee, uendo tibi in uno molino roche/rolo, ipsa quarta parte; qui mihi aduenit de geni/tori meo siue per quacumqueuoce. Et est ipse mo-<sup>6</sup>linus in comitatum Barchi- nonensem, in terminio de cas/trum Rio Rubio. Cum illorum af- frontationes inclu/dunt, sic uindo tibi in ipse molino, ip-  
sa quarta / <sup>9</sup>parte, cum sua aqua, et cum sua resclausa, et suas / petras et gleuas, et suo rego et caput rego, et suas

/ molas, et sua ferradura, et suo decurso, et cum omnes  
 / <sup>12</sup> suas agencencias, sicut molinus molere debet / ab inte-  
 grum, cum exio uel regressio suo, in propter / pretium man-  
 cuses III de auro cocto iafaris; et ego de / <sup>15</sup> te manibus  
 meis accepi: est manifestum. Quom / aero predicta hec omnia  
 qued superius resonat, de meo / iure in tuo trado dominio  
 et potestate ad proprio, / <sup>18</sup> ut quicquid exinde agere, fa-  
 cere uel iudicare uolueris / in Dei nomine habeas plenam  
 potestatem. Quod si ego / uinditrix aut ullusque homo qui  
 contra ista uindi- / <sup>21</sup> tione uenerit ad intrupendum aut ego  
 uenere, non / hoc ualeat uindicare, sed componat aut com-  
 ponam / tibi ipso molino, sicut superius insertum est, in  
 du- / <sup>24</sup> plo, cum omni sua immalioratione; et ista / uinditio  
 firmis permaneat omni que tempore.

Facta / ista uinditione VIII idus aprilis, anno  
 VII reg- / <sup>27</sup> nante Ugone rex.

S+ignum Richilde femine, qui / ista uinditione fe-  
 cit et firmare rogauit.

S+ignum / Iohannes; s+ignum Galindo; s+ignum Teda-  
 lego.

/ <sup>30</sup> Signum Teudemundus presbiter scripsi et subs-  
cripsi, die et anno quo supra.

- 115 -

994, mayo, 2.

Guillem hijo de Galí, en reparación por haberse apoderado de la Granada, da a la sede la iglesia de Sant Boi de Llobregat y dos piezas de tierra en el territorio de Barcelona, en Coliano y Nogoria.

B. LA, IV, fol. 51 r<sup>o</sup>, 1<sup>o</sup> col.-51 r<sup>o</sup>, 2<sup>o</sup> col. (n<sup>o</sup> 148).

Reg. MAS, Notes, LA, n<sup>o</sup> 138.

[Iste Guillelmus dedit sedi ecclesiam Sancti Bau-  
dilli in Lubricato / et emendavit ibi II precias terre,  
quas depredauerat / <sup>3</sup> Granatam iniuste].

In nomine Domini Dei eterni misericordis et pii,  
qui / cuncta omni ditione tenet, in Trinitate manens / <sup>3</sup> unus  
Deus per cuncta tempora. Ego Guillelmus divina epi/tulante  
clementia, qui me peccatores peccati te/nebras depressum  
rorem gratie sue desolavit et / <sup>6</sup> ignem sui amoris perlus-  
trauit. Quem uolo, si / eius adfuerit clementia, totis ni-

sibus obedire et / preceptis eius aderere et de peccatis  
 preteritis peni-<sup>9</sup> tentiam gerere offensionibusque quod ma-  
 le con/traxi, per dignam satisfactionem Deo auxiliante / e-  
 mandare. Idcirco, quia deceptum me uideo ac /<sup>12</sup> sautiatum  
 a calidissimo angue, uolo, Deo au/xiliante, pro remedium  
 anime mee et anime genitoris / et genitricis mee, dare domi-  
 no Deo et Sancte Crucis /<sup>15</sup> sedis Barchinonensis, in cuius  
 sinu quiescit sancte uir/ginis ac martiris Eulalie corpus,  
 parrochiam Sancti Sau/dilii, cum ipsas ecclesias titulis-  
 que infra eius domum /<sup>18</sup> fundatis, cum decimis et primiciis  
 et oblationibus / illius, quemadmodum retineo per cartam  
 uinditionis / que mihi feci<t> pater meus Galindoni condam  
 et ille re-<sup>21</sup> tinuit per cartam uinditionis que fecit ei  
 Mironi / condam, comiti, sicut parrochia /<sup>24</sup> Sancti Vin-  
 centi; omnia sicut dictum est, cum fines et termi/es et  
 possessionibus illius, Domino dono Deo et Sancte Eula/lie,  
 pro remedium anime mee et anime genitoris et /<sup>27</sup> genitricis  
 mee. Et insuper, propter cetera quod comisi / in alauden  
 Sancte Crucis et Sancte Eulalie, id est ipsa Gra/nata, que  
 depreuavi, dono ibidem in satisfactione /<sup>30</sup> uidelicet ad  
 predictus domus Sancte Crucis et Sancte Eula/lie, pecias  
 II de terra quod habeo in territorio Bar/chinonense, in  
 termino de Coliano et in termino de Me-<sup>33</sup> goria; qui af-  
 frontat ipsa una pecia de terra, a / parte circii, in ter-  
 ra de Beneuiniesti ebreo; de / aquilonis, in torrente; de me-  
 ridie, in terra de Ri-<sup>35</sup> cario; de occiduo, in terra de Lo;

gouardo presbitero. / Et ipsa alia pecia de terra affrontati:  
 de circi. / quantum in istas totidem affrontationes inclu-  
 dunt, // <sup>39</sup> sic donec ad predicta domus ipsa II pecias de  
 / terra in predictis locis uel terminis, cum parrochia  
 / et ecclesias superius nominatas et cum decimis et <sup>42</sup> pri-  
 micis et oblationibus eius; et de nec iure in illis / tra-  
 de ad omnia que facere uoluerit, liberam in Dei nomine / ma-  
 neat illi firma potestas. Quod si ego don-<sup>45</sup> ator aut alius  
 homo, qui contra hanc donationem / pro intruendum uenerit,  
 non hoc ualeat uindicare, / set componat ipsa parrochia, et  
 ipsas ecclesias, et <sup>48</sup> ipsas decimas atque primicias, et  
 ipsas pecias II / de terra in duplo, cum omni sua immo-  
 ratione; / et in antea ista donatio firma permaneat omni-  
 que. <sup>51</sup> tempore.

Facta donatione VI nonas madii, an/no VII regnan-  
 te Ugono rege.

Gilelms, / qui ista donatione feci et firmare  
 rogavi.

<sup>54</sup> S† Leopardus; s† Datus; Ugone (signum); / s†  
 Sudila; s† Seniallus filium Olibani.

/ S† Ernigius presbiter, cognomento Marcho, qui  
<sup>57</sup> et iudex, qui hoc scripsi et subscripsi, die et anno  
 quod supra.

- 117 -

994, septiembre, 7.

El obispo Vives hace donación a Ema, hija de Ricolf, del alodio que había sido de Senior y de Senild y de Gausbert y de otro alodio que había pertenecido a Florebert y a Llobató, situados en el territorio de Barcelona, en la partida de Terrers Blancs.

A. Diversorum B, 1573.

In Christi nomine. Uivane gracia Dei presulum  
 Sancte Crucis sedis Barchinone ciuitatis, donator sum tibi  
 Ema femina, filia condam Riculfi; manifestum est enim  
 / quia placuit animis meis et placet ut tibi supra dicta  
 Ema, mea propria bona voluntate donare fecissem ipsum meum  
 alaudem quod /<sup>3</sup> emi de Senior femina et de Senildo atque  
 de Gausberte et ipsam quod comitagi de Floreberto siue de  
 Lugatone, sicuti et facio. Et est / ipsum alaudem quod ti-  
 bi dono, idessunt, casas cum curtes, terras et vineas, ortos  
 cum pomiferis et arboribus, cultum et erum, quod habeo hec  
 omnia in pago / ciuitate Barchinona, in locum ubi dicunt



Terrarios Albes; aduenit mihi hec omnia, sicut iam supra insertum est, ubi dicit per comparaciones siue per /<sup>6</sup> commutaciones siue per alias uoces. Quantum his resonat, sic tibi dono ipsum alaudem quod emi de ipsa supra nominata Senior femina et de Senioldo siue de Gauzbarto / et ipsum alaudem quod comitauit de Florebarto atque de Lupatone; totum tibi dono ab integram apud omnes uoces quod illi abere debuerunt aut quod / ego abere debeo, ab omni edificio quod ibi est et directum aut edificatum uel superpositum, omnia et in omnibus tibi dono atque concede et de meo iure /<sup>9</sup> in tuo trade dominio et potestatem ab omni integritatem, cum terminis et afrontacionibus illorum; ut quicquid exinde facere aut iudicare uolueris, liberam abeas potestatem uindendi, commutandi, donandi aut faciendi quodcumque uolueris, tuo a proprio, cum exito atque regressio / illorum. Quod si ego donator aut cuiusquelibet homo qui hoc dirumpere uoluerit, non hoc ualeat uindicare, sed componat aut ego componam uobis /<sup>12</sup> ipsum alaudem que tibi dono in duplo, cum omni illorum immelioracione; et sine ista donacio firmam permanent omni que tempore.

Facta cartam donacionis VII idus setember, anno VIII regnante Ugo rege.

S† Uiuas gracia Dei episcopus (signum) qui sine donacione feci et nomen suum scripsi / atque firmare rogauit.

/<sup>15</sup> S† Eruigius presbiter, cognomento Marele, qui

et iudex; s+ Uuillara presbiter (signum); signum Sancio  
(signum).

/ signum Elias presbiter, qui ista carta donacio  
ne scripsi atque subscripsi, die et anno quod supra.

- 118 -

995, febrero, 1.

[Sunifred llamado] Llobet, arcediano, Udalard, visconde y Sunifred, depositarios del testamento definitivo del obispo Vives juran éste sobre el altar de Santa Columba de la catedral de Barcelona. En él, entre otros muchos legados, se donan a Santa Cruz y Santa Eulalia de Barcelona el alodio de El Mord y todo lo que tenía al otro lado del Llobregat, excepto algunos bienes que retendrá de por vida su hermana Bonadona, las tierras y viñas que había comprado al conde Borrell en la Celada y las tierras y viñas que había comprado al conde Ramón [Borrell] en Ardena, la torre de Sarrià, que había sido de Teudisole (usufructuada de por vida por Sunifred), el alodio que tenía en Premià, en Cia y en Argantonay el alodio que había sido de Cecili o de Em en el territorio de Barcelona, si dichos Cecili y Em no volvían de la cautividad, igualmente como los demás alodios de los cautivos que no regresasen del cautiverio. Y a la iglesia de San Miguel, la tierra que tenía en Duodecimo (en Sant Joan Despí).

B. LA, IV, fol. 51 v<sup>o</sup>, 1<sup>a</sup> col.- 52 v<sup>o</sup>, 2<sup>a</sup> col. (n<sup>o</sup> 150

Reg. MAS, Noteg. IX, n<sup>o</sup> 149.

[Testamentum Uiuani episcopi, qui dimisit sedi ipsam or apud sanctum Baudilium in Lubricato et uineam de Ardennia].

Conditiones sacramentorum ad quarum ex or/dinatione residebat Adulfus, sacer, /<sup>3</sup> iudices Marco et Auratio et Bonushomo et in / presencia Reccasindo, Oratio, Lupone, Teniofredo, / Suniario, Rigoaldo, Aimerico clerico, Gelmire, Ce- /<sup>6</sup> sennando, Bonushomo, Vitalis presbitero, et Sentillis presbitero / et Bonofilio presbitero, et Marcutio presbitero, et aliorum mal/terum bonorum hominum qui ibidem aderant. Testificant tes- /<sup>9</sup> tes prolati quas preferunt Lebetus archileuita et / Adolardus uicecomes et Suniefredus, in faciem / de supradicto sacerdote uel iudices, ad comprobendam /<sup>12</sup> causam helimosinariam de eodem Uiuane, pontifice. / Et hec sunt nomina testium qui hec testificant, sicuti et iu/rant; id sunt, Marcus presbiter et Amalricus presbiter; iurati /<sup>15</sup> autem dicimus; in primis, per Deum patrem omnipotentem / et per Ihesum Christum filium eius Sanctumque Spiritum, qui est in Tri/nitate unus et uerus Deus et per hunc locum ueneratio- /<sup>18</sup> nis sancte Columbe, uirginis Christi, cuius altarius est / consecratus intus domum sancte Crucis sedis Bar//chinone, super cuius

sacrofancto altario ad condi-<sup>21</sup> ciones manibus nostris con-  
 tinemus uel iurando contem-<sup>21</sup> gimus, quia nos, suprascripti  
 testes, scimus bene, / in ueritate sapemus, et de presente  
 eramus, oculis nostris /<sup>24</sup> uidimus et aures nostras audia-  
 imus, ad ea hora / quando iacebat quondam Uluane, episcopo,  
 in sua egritudine, unde obiit. Sic nos uidentes et audien-  
 /<sup>27</sup> tes, comendauit uel iniunxit omnem suam elemo/sinam ad  
 istos suos elemosinarios prelibatos; / precepit eis ut, si  
 de egritudine ipsa mortuus fuisset /<sup>30</sup> sicut et fait, ple-  
 nam potestatem habissent omnem / facultatem suam adprehen-  
 dere et distribuere, quemad/modum eis iniunxit uel ordina-  
 uit per suam uerbum et suum /<sup>33</sup> testamentum.

In primis iussit cartam facere ad domum / Sancte  
 Crucis et Sancte Eulalie sedis Barcinone, de ipsam suam  
 / alaudem quod habebat in ipso Leroid sunt, terris, ui-  
 /<sup>36</sup> neis, casis, curtis et turrin, siluis ac garricis; / uel  
 quantumcumque habebat ultra alium Lupricato, ex/ceptus ipsa  
 turre cum ipsa curte qui fait de Chintille, /<sup>39</sup> et alia ter-  
 ra qui fait de Ciela, et alia terra qui fuerat de / patri  
 suo, unde ille tenebat ipsa medietate cum ipsa / casa, et  
 de insula Clusa ipsa medietate, et alia terra /<sup>42</sup> qui fait  
 de Casca, ipsam aludem suprafatum. In era ratione, / quan-  
 tum quod est ab integrum supra nominatum, ut teneat / soror  
 sua Bonadonna tandiu ut uixerit; et post /<sup>45</sup> obitum suam,  
 remaneat ad Sancta Crucis et ad Sancta Eula/lia sedis Barchi-  
 none; ita ut si uenerit filios Iohanni / de ipsa captiuitate-



te, ipsa uiuente uel post eius obitum /<sup>48</sup> habeant ipsam alode  
 dem suprafatum qui fuit de Cusea et / de Giola, sicut supras-  
 criptum est, ita ut faciant exinde / quod ueluerint; et si  
